



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 135. Quædam Bullæ Martino V. adscriptæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

pali-
dam
nve-
cem
ores

ante
rum
Im-
uot
lem
aud
ma
est,
em
at-
nil-
ta-
et.
ur-
Ri-
Si-
ra-
æ-
n-
ri-
ur-
de

dinale absolvitur, cui Imperator solemini- Sæcul. XV.
ter omnes ditiones cum omnibus titulis, A.C. 1418.
juribus, Regaliis, ac privilegiis restituit.

Si nonnullis Scriptoribus fides est, Fri-
derici reconciliatio sincera non fuit, nam
Cæsari, irrito licet conatu, vitæ insidias
struxisse fertur. Tandem Anno millesi-
mo quadringentesimo trigesimo nono
Dux iste, post varia rerum discrimina ex
imprudentibus ejus consiliis enata mor-
talitatem exuit.

§. CXXXIV.

Sessio quadragesima quarta.

Die 19. Aprilis Imperatore præsente, Labb. Cont.
Sessio XLIV. habita est, in ea jussu to. 12. p. 257.
Papæ Cardinalis de Chalanto legit Bul-
lam hujus tenoris: *Martinus &c. Cupien-*
tes Decreto hujus Generalis Concilii satis-
facere, pro loco proxime futuri Concilii
celebrandi, consentiente & approbante Con-
cilio, civitatem Papiensem deputamus. Hanc
urbem omnes congregati, & ipse quoque
Imperator approbabant, dissentientibus
Nationis Gallicæ Deputatis, qui huic
sessioni non intererant, cum eorum genio
hujus loci selectus non arrideret.

§. CXXXV.

Quædam Bullæ Martino V. adscriptæ.

Priusquam ad Sessionem ultimam pro- Bzov. an:
grediamur, referendæ sunt nonnullæ 1418. n. 2.

C c 3 Bullæ

Sæcul. XV. Bullæ Martino V. attributæ. Prima de-
A. C. 1418. cernit promptam, & liberam Apostolico-
rum Brevium executionem. Cum enim
tempore Schismatis, vel Episcoporum
negligentia, vel repugnantia, non raro
Bullæ summorum Pontificum vel omni-
no non, vel tardius, quam S. Sedis auto-
ritas postularet, executioni datae fuissent,
Pontifex approbante Concilio præcepit,
ut deinceps Bullæ confessim ad effectum
perducerentur, etiamsi a nullo Prælato
relectæ ac approbatæ fuissent. Altera
omnino prohibet Mendicantibus, ne sub
quovis prætextu ad aliam Religionem
(Carthusianorum excepta) transirent,
adjecta excommunicationis poena, a qua
solus Pontifex, ac non nisi in mortis ar-
ticulo, absolvere valeat tam novum Or-
dinem ingressos, quam ad eum recipien-
tes. Tertia dispensat in lege vitandi ex-
communicatos, faltem si nominati & a
Judicibus publice denuntiati, vel notorii,
& convicti Clericorum percussores non
sint. An autem hæ Bullæ, præcipue ul-
tima re ipsa a Martino V. emanaverint,
dubitandi locus est.

§. CXXXVI.

*Episcopus Leodiensis dimisso Episco-
patu uxorem dicit.*

*Bzub. an.
1418. n. 8.*

Certior est dispensatio Joanni de Bava-
ria